34.10.C.1.

3

70

ELEGANS CONSILIVM PRO ILLVSTRISSIMA REGINA ANGLIAE PER MAGNIFICVM D. BERNARDVM DE SANCTIS ADVOCATVM CONCISTORIALEM ET REGIVM CONSILIARIVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. inscr.

REVERENDIS. AC ILLVSTRIS.D.POMP. CAR.DE COLVNNA S.R.E. VICECAN CELLARIO BERNARDVS SANCTIVS REATINVS ADVOCATVS CONCISTORIALIS ET REGIVS CONSILI ARIVS S.P.D.

Redebã Mitridatis exẽplo, me in his ſtudiis, quibus a primo uitę limine, non ſine maximis uigiliis ſummã operã ſemper impendi, matura iam ætate, liberiore manu et abſq; aliquo frontis rubore uerſari poſſe. Ille .n. ab incunabulis hauriendis uenenis aſſuetus, animum ſemper ab inimicorum inſidiis liberum ſeruauit. At mihi contra euenit. Nam cũ plures iã annos, indefeſſo ſtudio, in Cæſarea Põtificiaq; diſciplina, idq; in ipſa urbe oĩum diſciplinarũ ac ſtudiorũ atq; ingeniorũ parẽte, in ipſo deniq; ſacratiſsimo rotę (ut nunc uocant) auditorio, ubi cauſa hec regia agit̃, in forenſibus negotiis cõtriuerim. Nũc tamen magis illorũ patrũ, qui tot Scæuolę ſunt, tot Papiniani, cenſurã grauiſsimã perhorreſcam. Noſti.n. tu illius ordinis cuius princeps exiſtis & grauitatem ſingularem & doctrinam probatiſsimam. Quo factũ eſt ut allegatiões haſce noſtras in regia cauſa quas tuo mãdato abſoluiet li Reuer. D. INACI DE MENDOZA Preſulis Burgenſis Viri & morum & uitę integritate & generis nobilitate & ſumma doctrina clariſſimi, omniumq; ſacri regii conſilii Iuriſconſultorum ac uniuerſi Neapolitani collegii, & aſſenſu & auctoritate munitas uix tamẽ adhuc edere audeã. Sed ecce illas tuo prudẽtiſsimo iudicio & cenſurę ſummitto. Ea es.n. in diuinis atq; humanis lr̃is eruditione, ut ſi illas luce dignas iudicaueris, regia hęc cauſa omnẽ auctoritatẽ & uires oẽs ex tuo ſit iudicio & ap̃batiõe ſuſceptura: et ſi minime dubito ſapiẽtiſſimos illos uiros plꝰ ipſi cauſę quę p̃priis ueritatis & iuſtitię uiribꝰ innititur, q̃ auctoritati cõceſſuros. Vale.

POMP. CARDINALIS COLVMNA S. R. E. VICECANCELLARIVS BERNARDO SANCTIO SVO. S.

MAxima mi Bernarde lætitia affectus ſum, ſubtiliſſimis allegationibus tuis accuratiſsime perlectis, Tum honoris tui gratia, ꝙ in huiuſmodi ardua re ac perdifficili, nemo grauius, nemo ſubtilius, nemo accuratius unquā ſcripſerit, Tum etiam, ꝙ Sereniſſimæ Reginæ iuſtiſſimam, atq; honeſtiſſimam cauſam, immoderata quorundam potētia, atq; auctoritate, fere depreſſam, acutiſſimis ac probatiſſimis rationibus tuis, in tantum erigis atq; cõfirmas, ut calumniantiū cauillationibus retuſis, certiſſimam proculdubio nobis uictoriam polliceri uideamur. Confirmat me preterea Inaci Burgenſis Antiſtitis auctoritas atq; iudiciū. Cuius prudentiæ, grauitati, atq; doctrinæ, plurimum tribuendū cenſeo. Quæ cum tot pręclariſſimorum iureconſultorū etiam iudicio comprobentur, minime dubitandum puto. quin Clariſſimi, atq; conſumatiſſimi romanæ rotę iudices, et tantorum patrum auctoritatibus adducti, & tuis doctiſſimis rationibus moti, Sereniſſimæ reginæ honeſtimam cauſam, pro qua tibi plurimū debere fatemur, priſtinæ dignitati ſint reſtituturi. Vale.

INACVS DE MENDOZA BVRGENSIS ANTISTES BERNARDO SANCTIO REATINO ADVOCATO CONCISTORIALI ET REGIO CONSILIARIO S.

QVO frequentior ſum in lectione operis tui, hoc magis confirmatur exiſtimatio illa ſingularis, quam ego dudum de eo concepi. Et unuſquiſq; ut doctiſsimus, in noſtram ſententiam libentiſsime diſcedet. Nam quod alii immenſis uoluminibus, magno negotio, in eadem arena, uix præſtiterunt. Tu ſummo breuitatis ſtudio, ita abſoluiſti, ut ſuperuacaneis reſectis, quid in ea cauſa ſequendum ſit apertiſsime cognoſcatur. Quo circa, mea ſententia, haud ab refuerit, Cæſaris legato apud ſummum Ponti. Cui huius cauſæ, prouincia demandata eſt, exemplar tranſmittere. Nam haud mediocriter eum delectabit, opus tam bene, cum ipſi cauſæ, tum optimi cuiuſq; uotis reſponſurum. Vale.

THEMA

HENRICVS VII. Angliæ Rex duos habens filios, ARCTVRVM ET HENRICVM nunc angliæ regem. Illuſtriſſimam CATHERINAM Ferdinandi Hiſpaniarum Regis & Heliſabet filiam Arcturo primogenito matrimonio copulauit. Quo ſine liberis defuncto, tractatum fuit de nuptiis inter dictam Illu. Catherinā & Sereniſ. Henricū nunc Angliæ Regē contrahendis, & ob impedimentum affinitatis, contracta fuerunt inter eos ſponſalia, ſub conditione ſi Papa diſpenſaret. Et demum impetrata diſpenſatione a ſede Apoſtolica, Henricus Rex cum dicta Illuſtriſ. Catherina ſponſalia per uerba de præſenti contraxit, & matrimoniū carnali copula cum prolis etiam ſuſceptione conſumauit. Ex quo nata eſt & uiuit Illuſtriſſima Clara D. MARIA.

EX THEMATE.

DVAE QVESTIONES ORIVNTVR.

PRIMA.

AN Frater relictam fratris abſq; liberis defuncti uxorem ducere de iure diuino prohibeatur.

SECVNDA.

AN In huiuſmodi gradu ſic prohibito Papa poſſit diſpenſare.

DEI OPT. MAX. PRESIDIO.

Diuido primam queſtionē in duas partes negatiuā & affirmatiuā.

CONCLVSIO NEGATIVA.

Frater de iure diuino prohibetur relictam fratris ēt abſq; liberis ſibi matrimonio copulare.

HAEC cōcluſio brobatur primo ex tex. Leuit. capite. xviii. Nō

reuelabis turpitudinem uxoris fratris tui. Et capite.xx. qui duxe/
rit uxorem fratis ſui rem facit illicitam. Quæ præcepta ex ore
dei moiſi data diuinam inducunt prohibitionem.

SECVNDO ex illo Io.xvi. Marci.xiiii. Dum a Io.Bap. reprehen
ditur Herodes ꝙ non licebat ſibi habere uxorē fratris ſui. Et
hoc de iure diuino, cum ante inſtitutionem iuris poſitiui, & an/
te Canonicas ſanctiones.

TERTIO ex illo.i.Corinth.v. ubi Apoſtolus ait. Inter uos audiē
fornicatio, qualiter nec inter gentes, ita ut uxorem patris ſui ali/
quis habeat, arguendo a paritate caſus & rationis ad.l.Atitio.ff.
de uerb.obl.uterꝗ.n.caſus eſt ꝓhibitus in dicto capite.xviii.Le/
uitici, & coniunctio filii cum nouerca, & fratris cum uxore fr̄is
ꝑ mortui, ſed prohibitio nouercæ eſt de iure naturali cū dicat,
nec inter gentes, uel diuino, cum ante canonicas ſanctiones, ergo
idem & de uxore fratris.

QVARTO eſt tex.in c.litteras de reſt.ſpoliat. ibi ut in gradibus
diuina lege prohibitis reſtitutionis aditus præcludatur. Quæ pro
hibitio legis diuinæ ſm glo.Io.And.Hoſt.Butr. & Panor. intel
ligitur de prohibitione facta in dicto capite.xviii.Leuit.

QVINTO ꝙ huiuſmodi prohibitio ſit de iure diuino clarius
probatur ex tex.Leuit.xviii.iuncto tex.Deuth.xxv., iunctis etiā
his quæ habentur ex tex.Augu.in c.i.&.ii.xxxv.q.i. Prohibetur
n.quilibet uxorem fratris ducere in Leuitico. In Deuthor. uero
ad ſuſcitandū ſemen fratris ex quadam figura permittitur & præ
cipitur, ut in c.olim.viii.q.i. quæ figura cum ſit hodie euacuata
cum omnia figuralia probet ap̄ſus ad tempus eſſe data & eue/
niente ueritate euacuata ad tex.in dicto .c.ii.xxxv.q.i. Ergo ceſ/
ſante figura remanet præceptum diuinum prohibitiuum, perpe/
tuum, uniuerſale, cum præceptum Deuth. ceſſet. Et præceptum
Leuit. remaneat in uiridi obſeruatione.

ACCEDIT auctoritas cōcilii agatheñ.hētur in c.de inceſt.xxxv.

q.ii.ibi ſi qs relictã fr̃is q̃ prius ſoror extiterat carnali cõiũctiõe polluerit,pro quo tex.in c.ſi qs deſponſauerit,& in c.ſeq.ibi qa ſm legẽ dei mori decernit.xxvii.q.ii.in c.ad audiẽtiã de ſpõſal.

QVOD & Cæſarea firmatur ſanctiõe in.l.fratris & in.l.pe.&.fi. C.de inceſt.nupt.ubi fr̃ uxorẽ fr̃is ẽt uirginẽ ducere ꝓhibetur. Nec principis reſcripto cõcedi poterat,nulla alia ratiõe,niſi qa talis ꝓhibitio erat de iure diuio,cõtra quod princeps nõ reſcri bit ad.l.fi ſi cõtra ius uel util.publ.Ex qbus firmat̃ cõclu. nega tiua,ꝙ fr̃ de iure diuio ꝓhibet̃ relictã fr̃is uxorem ducere.

ET ratio dictæ ꝓhibitionis eſt,uel uolũtas dei,q̃ eſt uera iuſtitia, & oẽ iuſtũ eſt ſm Aug.quia ipſe ita uult,non aũt uult quia iu ſtum eſt,uel præceptũ eſt ſeruandũ ob bonũ obedientiæ ad tex. in.c.Quid ergo.xi.q.iii.uel illa ſit uerior ratio q̃ uidetur magis cõformis principiis naturalib9,& aſſignat̃ p tex.in dicto.capite. xviii.&.xx.Leuit.ne turpitudo fr̃is reueletur,turpitudo.n.uxo- ris fr̃is,ipſius fr̃is eſt turpitudo,ꝓpter unitatẽ carnis uirtute ma trimonii, & erunt duo,in carne una. Quod uidetur eſſe cõtra reuerentiã fraternã,& uidetur quidam horror uerſari in natura ꝑ hõi carnis unitatẽ,& hinc talis coitus dicitur inceſtus,& eſt pœna de quã in auc.de inceſt.nup.Et hæc cõclu.negatiua uide- tur firmari auctoritate Bonauent.Petri de Palude ſuper.iiii.q. xli.& aliquorum Theologorum.

CONTRARIA OPINIO.

ET CONCLVSIO AFFIRMATIVA.ꝙ

Frater nullo diuino præcepto ꝓhibeatur relictã fr̃is abſq; liberis defuncti uxorẽ ducere ex infra allegandis clariſſime probatur.

ET Primo dicendũ eſt,id qđ dicitur p tex.in c.lex diuinæ. xxvii. q.ii.Cur dicam9lege diuina ꝓhibitũ,qđ ꝓhibẽdũ nullibi lex di uina declarat,& p tex.in c.ſic.n.xxviii.q.i.ꝑceptũ dñi nõ habeo. Pro cui9dicti ueritate ꝯſiderãda ſunt,& plura tp̃a,& plures caſus.

Aut.n. conſideramus tempus ante legem moiſi datam, & clarum eſt,ꝙ eo tpe non ſolum ceſſabat ꝓhibitio,ſed cõpellebať frater relictam fris abſq; liberis uxorẽ ducere.Gen̄.xxxviij.Rut.iiii.

Aut tẽpus poſt legẽ moiſi datã conſiderabimus,& tunc ne dum nõ inueniem⁹ ꝓhibitionẽ.Verũ præceptũ ẽt ſub pœna diſcalciatiõis Deuth.xxv.tranſumptiue.in c.olim.viii.q.i.& in c.i.xxxv.q.i.

QVIS igiť dicat lege diuina tale matrimoniũ ꝓhiberi,qđ eadem lege pmittebatur & præcipiebatur.Et uerbo dei,ut dicit tex.in.D.c.i. Præcepit dñs,ut frater uxorẽ fratris ſibi copularet, & ex ea ſemen fratri ſuo ſuſcitaret.Et propterea,quis recte dicet præceptũ domini prohibitiuũ non habemus: ſed permiſſiuum.

TRES etiam caſus ſunt conſiderandi, uel quando frater relicta ſobole deceſſit, uel quando uiuit frater diuortio tamen facto, uel quando nulla relicta ſobole frater deceſſit.

IN DVOBVS primis caſibus frater relictam fratris ſibi matrimonio copulare & lege moſaica & diuina prohibebatur. In utroq; enim caſu ceſſabat ratio ſuſcitandi ſeminis. In primo quia liberi erant ſuperſtites. In ſecundo quia frater uiuens ex alio matrimonio poterat ſibi abſq; opera fraterna ſemen ſuſcitare. At in tertio caſu quando frater abſq; liberis deceſſit nullibi reperitur prohibitio diuina Sed permiſſio, et præceptum etiam pœnale.ut in dicto capite Deuth. xxv.Geneſis. xxxviii.Rut.iiij.Et hæc ad concluſionem affirmatiuam.

QVAE Cõcluſio erit indubitata diſſolutis his q̃ pro contraria ſentẽtia adducebãtur.Et in hoc ſolũ uerſari uidetur difficultas.

PRIMO nõ ob Tex.Leuit.xviii.&.xx.Qui accipit uxorẽ fr̃is ſui rem facit illicitã,turpitudinẽ uxoris fratris ſui reuelando. Nam ẜm glo.Aug.in utroq; capite,quem refert & ſequitur Vgo Car. ibidem,uerus ſenſus & uera interpretatio eſt,ut intelligatur ſolum in duobus primis caſibus,uel fr̃e defuncto cum liberis,uel fr̃e uiuẽte,& facto diuortio.Tertiũ uero caſum,qñ frater deceſſit abſq; ſobole non cõprehendit tex.Leuitici.Sed tex. Deuth.ubi eſt præceptum non prohibitum,ſed permiſſiuum. Incongruum n. eſſet ꝙ ius diuinum, quod ſemper eſt æquale & rationabile

& immutabile in uno & eodē caſu, ſibimet aduerſaretur, & eſſet contrarium, quod in ipſo iure poſitiuo ualde eſſet reprehendendū ad.l.ii.C. de uet.iure enucl.Tex.igit Leuit.ſm uerū ſenſum Aug.& omniū nō cōprehendet caſum noſtrū. Nec aduerſabitur cōclu.affirmatiuę.Et ſic ceſſat fundamētū angulare ꝑtis aduerſę.

SECVNDO non ob.reprehenſio Io.Bapt.uel quia frater ſuperuiuebat & poterat ſibi ſemen ſuſcitare, uel quia uiuebat filia Herodiadis ex fratre ut ex hiſtoria.Et ſic extra caſum noſtrū, & in caſu in quo de iure diuino prohibebatur. Tum quia frater uiuebat, tum quia ſoboles ſupererat.

TERTIO non ob.i.ad Corinth.v.De prohibitione nouercæ, Loquitur.n.de fornicatione non de matrimonio, uel eſt dictū apoſtoli, uel diuerſa eſt ratio, & ſic ceſſat argu.ad.c.Sicut urgen.xxxii.q.i.Id.n.expreſſe prohibetur in Leuit. & caſus noſter expreſſe permittitur in Deuth.xxv.

QVARTO nō ob.tex.in.c.lr̄as de reſt.ſpol.Nā & ſi caſus diuina lege ꝓhibiti dicanť poſiti in d.capite.xviii.Leuit. Tamen ut eſt demonſtratū, & eſt indubitatū, caſus noſter qn̄ frater decedit abſq; ſobole non cōprehenditur in dicto capite.xviii.Leuit. Cū ſolū cōprehendat illos duos caſus, uel liberis ſuperſtitibus, uel facto diuortio, in qbus loqtur decretū ꝓhibitiuū. At caſus nr̄ eſt extra prohibitionē cōprehenſus in præcepto Deuth. permiſſiuo.

QVINTO oppoſ.de tex.Leuit.iuncto tex Deuthor. minus ob. Admittendum.n.eſt pręceptum Deuthide ſuſcitando ſemine aduenientе ueritate euacuatum utpote traditum in figura, & ſic nos tali pręcepto non aſtringi, ut dicit tex.in dicto.c.i.& ii.xxxv.q.i. Sed ꝙ decretum Leuit. comprehendat caſum noſtrum hoc minime admittimus, ſi enim ex uera interpretatione Aug. Pręceptum prohibitiuum Leuit.uerſatur ſolum in duobus caſibus ſupra enarratis. Et huiuſmodi interpretatio

ſemper fuit recepta a tempore datæ legis uſq; ad tempus redem ptoris, qui non uenit ſoluere legem. Eadem interpretatio recipietur etiam modo quæ hactenus ſemper fuit. Tollerur igi tur argu. ꝙ licet præceptum Deuth. ſit euacuatum, tamen ex hoc tex. Leuit. non habebit alium ſenſum, niſi quem hactenus ſemper habuit, ut intelligatur uel fratre decedente cum libe ris, uel fratre uiuente & facto diuortio Alter uero caſus quan do frater decedit abſq; ſobole erit extra prohibitionem iuris di uini, cum nullibi a lege diuina prohibitus reperiatur.

QVOD & clara demoſtratiōe obſtēdit PONE.n. tex Leuit. dicere. Nullus accipiat uxorem fratris decedentis cum libe ris, uel fratris uiuentis facto diuortio. Num euacuato præcepto Deuth. dicet quiſpiam decretum Leuit. comprehendere & pro hibere caſum quando frater abſq; ſobole decedit. Nemo profe cto ſanæ mentis hoc aſſeret.

SED Illud non omitto ꝙ uir quidam litteris hebraicis peritiſſi mus edocuit, in capite. xx. Leuit. deſiderari ueram interpretatio nem. In tex. n. hebreo reperiri hæc uerba NIDAI, quod ſigni ficare dixit. Præceptum illud ad caſus certos & ad tempus eſſe prohibitorium, ſicut & illud de muliere patiente menſtrua. Et præceptum non eſſe uniuerſale, ſeu indefinitum, ſed quod om nes caſus determinet in duobus primis caſibus prohibendo, in caſu uero noſtro permittendo. Et ſecundum hunc ſenſum ceſ ſat omnis difficultas, ut ex decreto Leuitici nulla ſit prohibitio, ex præcepto uero Deuthoron ſit permiſſio. Et ex his patet eſſe clare diſſolutū argu. qđ uidebať ſummopere obſtare conclu. nřæ.

AD Illud de concilio Agatheñ. & de Canonicis & Cæſareis ſanctionibus, quibus expreſſe prohibetur frater relictam fratris etiam uirginem ſibi matrimonio copulare, hoc non inficiamur, ſolū aſſerimus lege diuina ſeu moſaica huiuſmodi præceptū ſeu decretum prohibitoriū non reperiri. Nec dictū Gregor. ob in c. qui deſponſatam. xxvii. q. ii. ꝙ lege dei debet mori & ſic iure

diuino. Nam extra terminos noſtros ut patet Rut. iiii. ubi deus percuſſit recuſantem ſemen fratris ſuſcitare.

ET Hanc concluſ. firmat Franciſcus de Mairon. ex mēte Scoti ſup. iiii. diſ. xli. dicit .n. talē ꝓhibitionē nullibi reperiri in lege Moſaica uel diuina, quē ſecut⁹ fuit magr̄ Io. Bacon, ut refert Bellamer. in ſuo conſilio diuino, xxviii. ubi & ipſe tenet hanc partem in fortioribus terminis etiam liberis ſuperſtitibus, eandem firmat Roſellus in ſua monarchiā. Et uirtualiter tenet Turrecrem. Car. ſancti Xiſti uir ſummæ auctoritatis in c. coniunctiones dum reſpondet ad tex. in c. Deus de diuot. xxx. i. q. iii.

QVAE Sententia ultra Theologos antiquos firmatur auctoritate Thomæ Gaietani etiam Car. S. Xiſti uiri noſtra tempeſtate & ſacris litteris & omni diſciplinarum genere clariſſimi in diuinis comentariis ſuis ſuper. ii. ii. S Thomæ. q. cliiii. art. nono.

NEC non auctoritate Excellentiſſimi philoſophorum principis & inter theologos probatiſſimi Auguſtini Niphi ſueſſani qui ob multiplices ac diuinas animi ſui dotes merito toto terrarum orbe uiuens eam nominis eternitatem eſt aſſecutus quā uix rari etiam poſt longiſſimos cineres. Quam concluſionē multis & uariis & rationibus & auctoritatibus ita ſuo eleganti opuſculo & proponit & defendit ut eam & ueram & indubitatam quiſq; aſſerere uel inuitus compellatur.

EX Quib⁹ oībus ſit uera cōcluſio. ꝙ de iure diuino frater nō ꝓhibetur relictam fratris abſq; liberis defuncti uxorē ducere.

AD SECVNDAM Queſt. an Papa poſſit in caſu propoſito diſpenſare omiſſis argumentis ex quo data ſuperiori concluſione ꝙ prohibitio non ſit de iure diuino caſus nullam habet dubitationem. Cum Papa in his quæ ſunt de iure poſitiuo liberam habeat diſpenſandi facultatem: Ad tex. in .c. propoſuit de conceſſ. preben. in. c. innotuit de elec. ad plene no in. cap. quæ in eccleſiarum De Conſtitut. Per Innoc. in. c. Cum ad mona

ſterium De ſtatu monac. & preſertim ex cauſa ut firmant Theol. ſuper.iiii.diſ.xl.&.xli.
Erit igitur Indubitata Concluſio ꝙ IVLIVS Secundus Pont. Max. potuit legitime diſpenſare ꝙ Illuſtriſſimus & Sereniſſimus Henricus Rex angliæ & ſponſalia & matrimonium contraxerit cũ Illuſtriſſima Catherina relicta quõdã arcturi fratris ſui.
ET HEC Satis forent ad uictoriam cauſæ.
SED QVONIAM Supra firmata Concluſio ꝙ Huiuſmodi prohibitio nõ ſit de Iure diuino per aliquos nimis curioſos poſſet in dubium reuocari Vt ex omni parte Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Domino meo Domino POMP. CArdinali De Colunna. S. R. E. Vicecancellario ſatis fiat qui pro ceſare Illuſtriſſimæ Reginę cauſam ut iuſtã & fouet & protegit Cuius mãdato huiuſmodi ſcribendi prouinciam aſſumpſimus Duę alię queſtiones ſunt diſcutiendę.

PRIMA QVESTIO.

AN Poſito ꝙ Talis prohibitio ſit de iure diuino Papa potuerit diſpenſare.

SECVNDA QVESTIO.

AN Matrimonium Contractum uirtute dictæ Diſpenſationis ſit Inſeparabile.

PRIMA CONCLVSIO NEGATIVA.

PAPA Non poteſt diſpenſare in gradibus Diuina lege prohibitis.

HAEC Concluſio probatur primo per Tex. ubi uidetur caſus in c. litteras de reſtit. ſpoliat. ibi quando aliquis gradus conſanguinitatis

ſanguinitatis obiicitur in quo ſedes ap̄lica diſpenſare non pōt. Nec ēt conſueuit,& infra ut in gradibus diuina lege prohibitis reſtitutionis aditus p̄cludatur cum in illis diſpenſari non poſſit. Et rō uel ea eſt,qa inferior legē ſuperioris tollere nō pōt c. inferior.xxi.diſ.c.cū inferior de maior.& obedi.cle.ne Rom.de elec. uel ea eſt quā ponit tex.in c.fraternitatis.xxxv.q x.Eſt n. dn̄i uerbū ualidū,forte,durabile,& imutabile,& perſeuerabile,nō momētaneū,non trāſitoriū,ait n.ipſa ueritas cœlū & terra trāſibūt uerba aūt mea nō tranſibūt.Cū igitur hmōi p̄ceptum ut ſupponitur ſit de iure diuino,ergo immutabile,ergo indiſpenſabile.

SECVNDO probatur ex tex.in c.ſunt quidā & in c. contra ſtatuta xxv.q.i.ubi dn̄s,Euangeliſtæ,uel profetæ aperte ſententialiter aliquid diffinierunt Rom.pontifex nouam legem cōdere nō poteſt.Sed cum ex ore dei fuerit hmōi p̄ceptū moiſi datū ergo, pro quo & tex.in c.ſancta xvi.diſ.in c.ita dn̄s §.hec autem intelligendum xix.diſ.

TERTIO præcepta moralia ſunt imutabilia & indiſpenſabilia d. c.fraternitatis.Sed huiuſmodi prohibitio eſt moralis,quia in ratione morali fundata. Ne per fratrem reueletur turpitudo frīs, dicto capite xviii.&.xx.Leuit.ergo indiſpenſabilis.

QVARTO ubi diſpenſatio nutrit peccatum papa nō poteſt diſpenſare,Hoſt.in c.a nobis de deci.per Panor. & alios in d.cap. p̄poſuit de cōceſ.preb.Sed in caſu de quo agitur eſſet nutritiua peccati.Ergo,Patet aſſūptū,quia diſcoperire turpitudinē frīs turpe in moribus reputatur,& ideo talis coitus inceſtus dicit͛ d.cap. xviii.Leuit.& inceſtus nō minus eſt peccatū q̄ adulteriū,uel fornicatio ad totum tit.de inceſt.nup.Et hinc dicit tex.Leuit.xx.q̄ facit rem illicitam.

QVINTO præcepta iuris naturalis ſunt immutabilia & indiſpēſabilia §.ſed naturalia de iure natur. Sed præcepta iuris naturalis & diuini eadem iudicantur ad c.i.diſ.i.&.v. Ergo

SEXTO Papa nõ poteſt diſpenſare ubi ex diſpenſatione gñaretur ſcandalum in eccleſia c.per principalẽ.ix.q.iii.c.& ſi illa i.q.vii. Sed ex hmõi inſolita diſpenſatione maximũ ſcãdalũ orireť.ergo.

CONCLVSIO AFFIRMATIVA.

PAPA poteſt diſpenſare etiam in gradibus diuina lege ꝓhibitis.

HAEC concluſio fundatur primo in tex.ubi eſt caſus clarus in c. fi.de diuort.ubi in Liuoñ. eccleſia ob infirmitatem de nouo ad fidem conuerſorum Papa diſpenſat in matrimoniis contractis ꝑ fratres cum relictis fratrum qui abſq; ſobole deceſſerant. Et ſic diſpenſat in gradu de iure diuino prohibito.

SECVNDO probatur ex tex.in c.gaudemus de diuor.iunctis his quæ plene & eleganter ponit Pet.de anc.in conſ.ccclxxiiii.ꝙ Papa poteſt diſpenſare in ſecundo gradu conſanguinitatis etiam in linea inequali inter patruum & neptem,& tamen ſic gradus eſt prohibitus Leuit.xviii.

TERTIO ex tex.in c.ex his & in c.ex publico & in c.ſeq.de conuerſ.coniug.ita deducendo,huiuſmodi præceptum quos deus cõiunxit homo non ſeparet eſt de iure diuino,Marc.x.c.quos deus xxxiii.q.ii.c.quanto & fi.de tranſl.epiſcopi c.ex parte de conuer. coniugat.Et tamen papa ob cauſam religiõis permictit matrimonii diſſolutionem,& ſic diſpenſat contra præceptũ iuris diuini.

QVARTO ex his quæ uult glo.cõmuniter approbata in d.c.ex publico quam late ſequitur præpoſit.in c.fi.de ſponſ.duor.Bal. in l.deo nobis in.iii.col.uerſ.ulterius de epiſc.& cleric.Petr. de ancar.in c.i.uerſ.vi.de conſt.& in conſ.ccxl.& ccccx.innoc.in c. fi.de tranſac. Decius & alii in cap. quæ in eccleſiarum,ꝙ licet matrimonium contractum per uerba de pręſenti ſit perfectum ex

cõſenſu utriuſq;,tũ Papa põt illud diſſoluere,& ſuper eo diſpẽ ſare.Immo plus uoluit Soz.in conſ.xiii. ꝙ ẽt in cõſumato aliqñ Papæ non denegatur diſpenſandi facultas & auctoritas.

QVINTO Papa diſpenſando põt concedere ꝙ matrimoniũ con trahatur duratuꝝ ad tẽpus ꝯtra naturã & ſubſtantiã matrimonii & ꝯtra illud pceptum diuinũ,quos deus &c.uidelicet donec naſ catur filius maſculus,ut in no.q.concludit Io. And.in c.actus le gitimi ubi & Francus de reg.iur.ſequuntur Fely.& Dec.in d.c.q̃ eccleſiaꝝ.Pet.de ancar.in c.i.de conſt.doc.in c.cũ olim de cleric. coniug.Car.& Io.de Imol.in clem.i.de conſang.& affin.Panor. in c.rurſus q cler.uel uo. Dom.de S.Gemin.in c.de illo . xxxii. diſ.refert & ſequitur Iaſ.in l.ſi arrogator in.ii.col.de adopt.

SEXTO Hmõi pcepta Leuit.uidentur uel iudicialia uel non mo ralia ex primis principiis naturalibus.Non.n. obligant oẽs neq; oĩ tpe,ut patet ante tẽpus legis Geñ.xxxviii.Sed talia pcepta niſi ſint renouata nõ obligant,immo ſunt euacuata,ut concludit S. Thom.pri.ii.q.ciiii.& probat tex.in d.c.i.xxxv.q.i.

SEPTIMO uotum,iuramentũ ſunt de iure diuino & pręceptum ꝯtra uſuras,& tñ Papa in oĩbus diſpenſat c.non eſt & c. magnæ de uot.c.& ſi xp̃s & c.quanto de iure iura.c.i.& c. ſuper eo & c. ſalubriter de uſur.Et hæc pro concluſione affirmatiua.

Quæ concluſio affirmatiua diſſolutis his q̃ pro contraria concluſio ne ſunt adducta remanebit uera firma & indubitata.

SED anteq̃ ueniã ad ſolutiones argu. Duo pro clara intelligentia dicendorũ pmittenda opere precium duxi. Primo ꝙ Ro.Ponti fex eſt xp̃i uicarius & locum eius tenet in terris,ad illud Io.ult. dũ Petro dixit,paſce oues meas.& c.Si ꝑ debilitate de offõ de leg. Hinc tex.in c.inter corporalia de tranſl.Epiſcopi . Conſtat Romanum Pontificem Vicarium eſſe Ieſu xp̃i,in c . pro hu mani de homic.in.vi , & in capitulo ubi periculum de electio. ET propterea non in eleganter dixit Ioan.And. in cap.quanto

de traſl.epi.Idē eē ꝯſiſtoriū Xp̄i & Papæ Pano.in c.licet de elec.
Et hanc ſupremā poteſtatē imediate a xp̄o Ro.pontifex acce-
pit ex illo Math.xvi.Tibi dabo claues regni celoꝝ,in c.btiſſim⁹
in c.manet in c.quodcūq̨.xxiiii.q.i.in c.in nouo.xxi.diſ.in c.ſa-
croſancta.xxii.diſ.Et merito Ro. Pontifici ab oībus parendū eſt
c.ſacerdotes.ii.q.vii.Anaſtaſius.xix.diſ.c.obedientiā.xxiii.diſ.c.ſi
qui.lxxxi.diſ.Et hoc ex illo Deuth.xvii.Qui ſuperbierit nolēs
obedire ſacerdotis imperio q eo tpe miniſtrat dn̄o deo tuo decre
to iudicis morietur,in c.hoc vīꝫ.xi.diſ.in c.p̄ceptis.xii.diſ. in c.
oēs.xxii.diſ.Et non ab rōne dicit tex.in c.Cū ex eo de pen.& re
miſſ.Romanū pont.plenitudinē obtinere poteſtatis, & in capi.
Ep̄o.ix. q.iii.ꝙ eccleſia ſua auctoritate de oībus iudicare poteſt
ad c.Nouit de Iud.c.nolite.xi.diſ.c.ſuſcipitis.x.diſ.Quæ ſuppre
ma auctoritas ſummi pont.ex illo Lucę.v.aperte colligitur Dū
dn̄s Petro dixit,duc in altum & laſſate retia ueſtra,ſoli.n.Petro
dixit duc in altū.i.in profundū diſputationū.Et Math.xvii.ſoli
Petro iubet hamo piſcari,& p hamū intelligitur de iuriſditiōe.
in c.eſt aliud,xxiiii.q.i.Hinc Alex.in c.audiuim⁹ e.q.dicit ꝙ cū
oībus diſcipulis parē ſoluendi,& ligandi p̄tātem dn̄s daret Petro
ſolum dixit.Tibi dabo claues regni celorū. Vn̄ Orige.ſuper illo
Math.xvi.quodcūq̨ ligaueris, dixit uide quantā poteſtatem hēt
petra,ſuper qua fundatur eccleſia,ut oīa iudicia maneant firma
quaſi deo iudicante per eā,& merito tex.in c.aliorū.ix.q.iii.ſedis
apoſtolicæ præſulē ſuo tm̄ reſeruauit arbitrio, & uoluit bti Pe-
tri ſucceſſores celo tm̄ debere innocentiam,pro quo & tex.in c.
nemo ea.q.in c.ſi Papa.xl.diſ.Et multum ſunt ponderanda,illa
uerba,quodcūq̨ ſolueris,q̄ uidentur cōprehendere oēs caſus, ut
ex illis plena & omnimoda poteſtas ſedis apoſtolicæ denotetur.
Et ad hūc ſenſū plura q̄ latius ex uoluminibus de p̄tāte Papæ
cumulantur.SECVNDO premittendum eſt diſpēſationē mul
tifariā accipi,uel ex toto abrogare prout arch. in c.ius nāle. v.
diſ.no.in.l.ſi.ſi cōtra ius uel util.publ.uel ius ſine cā relaxare ad
glo.in c.nō eſt de uot.in c.q̄nto de iure iur.in c.niſi rigor.i.q.vii.
in c.manet.xxiiii.q.i. uel limitare & interpretari & ex cā iuſta
& rōnabili ut p Spec.in tit.de legat.§.nūc oñdendū,his ita p̄miſ

ſis tollātur argumenta pro contraria conclu.negatiua aducta.

ET PRIMO Tex. in c.lr̃as de reſt.ſpol.cum in gradibus diuina lege prohibitis diſpenſari non poſſit ex pluribus tollitur,nā nō loquitur aſſerendo,ſed potius allegando, ut patet ex uerbo illo cōſueuit,qđ nō denotat p̄ciſam ꝓhibitionē,uel dicendū ꝙ regulariter abſq; urgenti cā Papa nō ꝯſueuit,nec pōt diſpenſare, at qñ urgens & neceſſaria cauſa ſubeſt bñ Papa diſpenſat prout in d.c.fi.de diuot.in c.Gaudemꝰ & in c.ex publico, in qbus Papa ex iuſtis cauſis diſpenſat ēt in caſibus iure diuino ꝓhibitis,ut igitur iura cōueniant in c.lr̃as non poterit abſq; cā in c.fi.poterit iuſta & legittima cauſa ſubſiſtente,uel loquitur in conſanguinitatis gradu & non affinitatis. Secundo reſoluitur ex ſing. theor.Panor.in c.fi.de cōſuet.quā ſeqtur p̄poſit.in c.fi.de ſponſ. duor.Fely.& Dec.in c.q̄ in eccleſiarū & legiſte.in l fi. ſi contra ius uel utilit.publi.ꝙ licet regulariter Papa nō diſpenſet in gradibus dina lege prohibitis,id ꝓcedit & eſt uerū in ꝓhibitione diuia p̄ciſa in qua nullo caſu reperitur,nec per deū ipſum facta limitatio ſeu diſpenſatio.At ubi aliqua limitatio ſeu diſpenſatio in aliquo caſu reperitur eodē iure diuino facta, tunc Papa in eodē caſu diſpenſare non ꝓhibetur.Sicut dicimus in illo prę cepto.Nō occidas,qđ reperitur limitatū per illud q̄ gladio ferit & in lege moſaica ubi adultera lapidabatur,hoc caſu poterit ēt ius poſitiuū permittere homicidiū, & extendere ad alios caſus ex iuſta tñ & rōnabili cā. Sic in illo p̄cepto quos deus cōiūxit repetitur ab ap̄lo limitatū fauore religionis & eccleſiæ & ob bonum fidei,poterit ergo & Papa diſpenſare ob ſimiles iuſtas cās licet ſit de iure diuino,ſicut uidemus in bigamia q̄ eſt prohibita ex dicto ap̄li c.ſup eo & toto Tit.de bigam.& tñ Papa diſpē ſat c.lator.xxxiiii.diſ.idem in decimis q̄ licet ſint de iure diuino tñ Papa diſpenſat in c.ex parte in c.a nobis de dec.& in c. tua nobis in c.decimæ in c.Reuertimini.xvi.q.i. Idē in preſbitero fornicatore qui ex dicto ap̄li debet ab altari remoueri c. præſbiter lxxxiiii.diſ.Et tamen Papa cum eo diſpenſat c.non decet & c.ex pœnitentibus l.diſ.

ET Vt clarius hæc explicentur dicendum eſt. Præcepta diuina dici immutabilia, qa in totũ nec mutari nec tolli poſſunt, licet bene poſſint in aliquo caſu tolli & minui, ut p glo. in. l. manumiſſiões ff. de iuſt. & iur. p Gem. in. §. ez his. vi. diſ. Nam cõtra legẽ diuinã & naturalẽ eſt furtũ, adulteriũ & homicidiũ, & tamen reperitur in his mutatio a deo facta, dũ præcepit habraæ, ut filiũ innocẽtẽ occideret. Gen. xxii. c. ſi qualibet §. quandoq; . xxii. q. ii. c. ſi non licet. xxii. q. v. Et cum præcepit Oſeę ut mulierem fornicariam acciperet in uxorem Oſeæ. i. & ii. xxxii. q. i. c. ultimo. Et cum præcepit iudeis, ut uaſa Egiptiorum ſurriperent. Exod. iii. c. dixit xiiii. q. v. Præcepta igitur legis diuię fundata in primis principiis iuris naturalis q̃ oẽs ex ipſo dictamine rationis obligant erunt immutabilia, & indiſpenſabilia, & de his loqui poſſet tex. in c. lĩas. Aliæ uero determinationes ex ratione naturali nõ ſunt ita immutabiles, & licet non poſſint iu totũ tolli, tñ poſſunt in caſibus particularibus mutari. Hinc no. dixit Car. in c. i. lxxxviii. diſ. licet in principiis cõibus iuris naturalis non poſſit cadere diſpenſatio, in his tñ q̃ eliciuntur ex illis poteſt bene diſpenſari, & hæc ſunt de mente bti Tho. i. ii. d. c. dum dicit ꝙ præcepta decalogi ſunt immutabilia. Sed non quantũ ad aliquã determinationẽ per applicationẽ ad ſingulares actus. In pręceptis igitur iuris diuini q̃ nullã recipiunt limitationẽ, ſicut illud, Colere unum deum, & ſimilia non diſpenſabitur. Sctũs Tho. ſup. iiii. diſ. xvii. Nec in his q̃ eſſent contra articulos fidei & decolorarent uniuerſum ſtatũ eccleſiæ, ſpec. in Tit. de legat. §. nunc breuiter ubi Io. And. & in c. per uenerabilẽ qui fil. ſint legit. Hoſt. & Panor. in c. propoſuit de conceſſ. preben. In aliis uero præſertim ubi reperietur eodem iure diuino diſpenſatũ poteſt Papa ex cauſa diſpenſare, pro quo eſt dictũ Vincentii in d. c. propoſuit ꝙ Papa libere in oĩbus poteſt diſpenſare, dũmodo nõ ſit cõtra articulos fidei, nec nutriat peccatũ, quod intelligendũ eſt ut infra in reſpõſione ad. iiii. arg. Et hoc dictũ Vincẽ. ꝓ ſingulari allegat Soz. in conſi. xiii. prio uol. Petr. de anc. in conſi. ccc lxxiiii. Et canoniſtæ omnes paſſim in c. quæ in eccleſiarum & in c. cũ ad monaſteriũ.

SECVNDO non ob tex.in c.ſunt quidá & contra ſtatuta. Nam ex tex.colligitur ſol.dũ dicit ubi aperte aliquid ſentẽtialiter diſfinierunt, conſideranda ſunt illa uerba aperte,& ſententialiter, & ſic loquitur de pcepto indubitato,pcıſo,& claro, uel loqtur de diſpenſatione & oĩmoda abrogatione præcepti diuini, ut ex illis uerbis patet deſtruere niteretur. Aliud.n.eſt deſtruere & tollere,aliud phibitiõe manẽte in gñe,diſpenſare ex cauſa in aliquo caſu pticulari,uel intelligẽdus eſt tex.put p Doc.in his q̃ ſpectarent ad fidẽ ſm glo.ibi,uel q par in parẽ nõ hẽt imperiũ. Et un⁹ Papa alteri legẽ non imponit ad l.Nam magiſtratus.ff.de arbit.

TERTIO non ob.q præcepta moralia ſint immutabilia,et indiſ‑ſpenſabilia,nam ut dicebat magr̃ Io.Bacon prout refert Bella. in ſuo conſi.xviii.pręceptũ de quo agitur q fr̃ non poſſit relictã fratris accipere non eſt pceptũ morale,& licet uideatur fundatũ in ratione morali, qa turpitudo fr̃is reueletur,non dependet a primis principiis naturalib⁹,principaliter. Patet qa iure naturali talis coit⁹ nõ erat phibit⁹ nã nõ hũiſſet legẽ oppoſitã de q̃ Deut. xxv. Nõ eſt itaq pceptũ morale.i fundatũ in rõe nãli ĩmutabili, qd ex alio demoſtrat, nam obligaſſet oĩ tẽpe & oẽs,quod tamen eſt falſum,cum ante tẽpus legis moſaicę non ligaret, nec obligaret niſi hebreos quibus fuit data lex. Si igitur dicimus hmõi pręceptũ non eſſe morale,erit iudiciale & ſic euacuatũ,ad tex.in c. i.xxxv.q.i.ad hebr.v.in c.tráſlato de conſtit. Quod dictũ uidet clare firmari ex his q̃ uoluit btũs Thom.i.ii. diſ.c.iiii. ubi dicit q præceptorũ cuiuſcunq legis quædã hñt uim obligandi ex ipſo dictamine rationis,quia naturalis ratio dictat hoc eſſe debitum fieri uel non fieri,& hmõi præcepta dicuntur moralia eo q a ratione naturali morali immutabili. Alia uero præcepta ſunt q̃ non hñt uim obligãdi ex ipſo dictamine rationis,qa in ſe cõſiderata non hñt abſolute rationẽ debiti uel indebiti. Sed hñt uim obligãdi ex aliqua inſtitutiõe diuina uel humana,& hmõi ſunt determinationes q̃dam moraliũ pceptorũ. Si igitur determinentur moralia pcepta per inſtitutionẽ diuinã in his per q̃ ordinatur homo ad deũ,talia præcepta dicentur cerimonialia, ſin

aũt in his q̃ pertinent ad determinationẽ hominũ adinuicem, & talia dicentur p̃cepta iudicialia. In duobus igitur cõſiſtit rõ & cognitio iudicialiũ p̃ceptorũ, ut ptineat ad ordinationẽ hoium ad inuicẽ, & ut nõ habeant uim obligandi ex ſolo dictamine rationis, ſed ex inſtitutione diuina uel hũana Hæc Tho. ex quibus clariſſime apparet ꝙ cũ præceptũ non reuelabis turpitudinẽ fr̃is non habeat uim obligandi ex primo dictamine rõnis naturalis ex quo ut dixi de iure naturali non erat talis ꝓhibitio , & talis coitus non uidebatur, & iudicabatur illicitus, & hmõi præceptũ ſit ex ordinatione diuina quo ad proximũ ꝙ erit p̃ceptũ iudiciale & non morale immutabile, bñ tñ poterit dici morale, quia determinatio p̃cepti moralis ex rõne naturali morali non tñ ea q̃ ex ipſo dictamine rõnis dictet eſſe debitũ fieri uel non fieri, & ad argu erit ſolutio ex uerbis Tho. eadẽ q. uerſ. ad tertiũ, ꝙ præcepta iudicialia non habuerunt perpetuã obligationẽ, ſed ſunt euacuata, aliter tñ q̃ cerimonialia, q̃ nõ ſolũ ſunt mortua, ſed ẽt mortifera obſeruãtib⁹, iudicialia uero etſi mortua nõ tñ mortifera. Cũ igitur hmõi p̃ceptũ ſit iudiciale, non habebit uim obligã di niſi quatenus canonicis ſanctionibus innouatum probetur.

Moralia uero q̃ hñt uim obligandi ex ipſo dictamine rõnis naturalis erunt p̃cepta de patre & filia, matre & filio, ab exordio. n. naturalis creaturæ fuit hæc ꝓhibitio Geñ. ii. c. debitũ de bigam. c. i. de uot. in. vi. propter illud relinquet homo patrẽ & matrẽ, quod intelligitur in omnibus aſcendentibus, & hinc glo. inſt. de nup. ꝙ ſi Adam uiueret nõ poſſet nubere, ad c. progeniẽ. xxxiii. q. iiii. Nec huic ſententiæ aduerſatur abſurdum illud ꝙ Papa poſſet in oĩbus gradibus prohibitis in Leuit. diſpẽſare, & ſic ꝙ pater filiã, frater ſororẽ. Nã ut ex ſupra dictis, in duobus caſibus non poteſt de patre & filia, matre & filio, quia prohibitũ de iure naturæ ex ipſis primis principiis naturalib⁹. In caſu uero fratris & ſororis alias legitur fuiſſe diſpenſatum per Martinum, ut refert btũs Anto. in ſua ſũma. iii. par. c. xi. Nec eſt ita abſurũ ut figurat. & aperte colligit ex dictis Thom . ex mẽte augu ii. ii. q. cliiii. uerſ. ad nonum prope fi. dicit. n. in cõmixtione perſonarũ coniunctarum aliquid eſſe indecens in ſe & repugnans naturali

rationi ſicut inter parentes & liberos. Aliæ uero pſone non hñt ex ſe ipſis indecentiã, ſed indecentia uariatur ſm conſuetudiné hũanã uel diuinã, & hinc ſm Aug. xv. de ciuit. dei, cõmixtio ſororꝫ & fratrũ quanto fuit antiquior cõpellente neceſſitate tanto poſtea facta eſt dãnabilior religione prohibente. Et ſic huiuſmodi coitus potius religione q̃ ratione naturæ prohibetur.

QVARTO non ob. ꝙ diſpenſatio nutriat pctũm. Nam illud ſoret ceſſante diſpenſatione, ſed qm̃ geſta a Papa geruntur dei auctoritate ut in c. inter corporalia de tranſlat. epi erit perinde acſi deus ipſe diſpenſaſſet, quo caſu oĩs prorſus ceſſaret ſuſpitio peccati. Alioquin non poſſent per Papã tolerari in matrimonio frẽs cũ relictis frũm prout in d. c. ſi. de diuor. ſi poſt diſpenſationem remanerét cum peccato.

VEL ſecundũ Car. in c. i. lxxxviiii. diſ. ex mente durandi li. i. xl vii. diſ. q. ii. alio mõ operari diſpenſationé in his q̃ ſunt prohibita, quia mala. Alio in illis q̃ mala quia ſunt prohibita. Primo. n. caſu, & ſi per diſpenſtioné tollatur prohibitio tñ ſemper erunt in ſe mala, & malum ſemper in ſe eſt uniuerſaliter interdictum p philoſophiã q̃ eſt directiua ueritatis ſm philoſ. v. ethic. Et certum eſt, ꝙ illud quod de ſui natura eſt illicitum & malũ nulla auctoritate ſeu diſpenſatione poteſt fieri bonũ. Et propterea qa diſpenſatio nihil operatur nõ diſpenſatur. Secundo uero caſu in malis quia ꝓhibita diſpenſatio illud opatur ꝙ ſublata ꝓhibitiõe per diſpenſationé res ſuæ naturæ relinquitur q̃ cũ ſit indifferens erit licita & poterit fieri poſt amotã prohibitioné q̃ pp ſolã ꝓhibitioné ſeu p̃ceptũ prius erat illicita. Vnde cũ caſus nr̃ ꝙ frater accipiat relictã fratris, ſolum uideatur continere in ſe malum ex prohibitione: non quia ſit in ſe malũ, ceſſante prohibitione per diſpenſationé relinquitur caſus in primis principiis naturalibus ſecundum q̃ nec malum erit nec peccatum.

QVINTO non ob. equiperatio iuris diuini & naturalis. Non. n. ſemper conuertuntur, ut in d. c. i. diſ. i. Quod. n. eſt cõe brutis animantibus. An erit ius diuinũ, quod eſt inſtinctus quidã naturæ

ex ratione proueniens cõis hoibus tm̃.Et licet ex regula ꝑcepta naturalia dicantur imutabilia,tñ ſm Bal.glo.& oés in l.fi.ſi ꝯtra ius uel util.pub.& plene infra ex cã pót ius naturale diſtingui interpretari & limitari.Ceterũ ſi præcepta diuina ſunt natura lia & immutabilia,qũo præcepta diuina iudicialia ſunt mutata.

SEXTO de ſcandalo & decoloratione eccleſiæ,dicitur ꝙ diſpenſa tio fuit conceſſa pro bono pacis,& ad obuiandũ ſcandalis, & nõ ex diſpenſatione,ſed ex impugnatione diſpenſatiõis maxima poſ ſent inter reges potentiſſimos ſcãdala exoriri.Sed uhe illi propter quẽm uenirent ſcandala ad tex.in c.ii.de no.per nunc.Præterea ut dicit Ang.in l.fi.C.de inceſt.nup.Papa quotidie diſpenſat in matrimonio inter fr̃es & relictas fratrum,& tñ ſemper abſq; ſcã dalo.Vel intelligendum eſt de decoloratione uniuerſalis eccleſię & ſcandalo uniuerſali,quod ex ſimilibus diſpenſationibus nunq̃ naſci conſueuit,ut in diſpenſatione Emanuelis regis Portugalię qui duas ſorores habuit uxores.Et Ferdinãdi iunioris regis Nea polit.qui cũ Ioanna ſorore germana patris ſui matmrioniũ cum diſpenſat.cõtraxit.Et plures refert Gaet.in d.d.cliiii.ſup Thom. Et hoc ex facto ipſo manifeſte ceſſauit in caſu nr̃o,Cum iã lon go tpe fuerit facta diſpenſatio abſq; alicuius ſcandali ſuſpitione.

ET ex his ſunt ſublata oĩa quæ pro contraria cõcluſione negatiua fuerant allegata.Ex quibus oĩbus concludatur,ꝙ cum caſus nr̃ de quo agitut ꝙ frater relictam fr̃is abſq; liberis poſſit ſibi ma trimonio copulare ſit caſus in quo alias ſit eodem diuino iure di ſpenſatum.Ac ẽt per ſedem apl̃icam , & nõ ſit ꝯtra principia iuris naturalis,nec ꝯtineat in ſe malũ niſi ex prohibitione,nec ſit ꝯtra articulos fidei,nec denigret uniuerſũ ſtatũ eccleſiæ ꝙ in hmõi ca ſu Papa ex cã tñ iuſta & rationabili poterit & potuit diſpenſare.

ET erit firma & uera concluſio affirmatiua ꝙ IVLIVS Secundus Pontifex Max.potuit ex cauſis in lr̃is narratis diſpenſare in ſpon ſalibus & matrimonio contractis inter Illuſtriſſimum & Sereniſ. HENRICVM Regẽ Anglię & Illuſtriſ.CATHERINAM Reginam relictam olim Arcturi fratris primogeniti eiuſdẽ Hen rici abſq; liberis defuncti.Quæ concluſio lucidiſſima & indubitiſ

ſima ẽt reddiẽ ex ſubtiliſſimis & pene diuinis allegat. Excellent. iureconſulti nr̃a tempeſtate nemini in ciuili ac pont. diſciplina ſecundi D. Sigiſmundi de lofredo regentis cãcell. & Cæſarei col‑lat. conſiliarii, q̃ oia ita apposite, ita eleganter, ita ſummis ingenii ſui uiribus diſcuſſit, ut ceteris ſcribendi materiam præripuerit.

SED iam ad cauſas diſpenſationis deſcendendum eſt, & de illarum qualitate & ueritate diſcutiendum ad no. dictum oldr. in ſuo cõſilio. cclui. incip. Clemens epus.

Quod cauſa pacis inducendæ & conſeruandæ inter principes & re‑ges, & euitandi ſcandali ſint cauſæ ſufficientes ad diſpenſationẽ. probat primo tex. in c. ubi nõ eſt de deſpon. impub. ubi quo q̃uis ſubſiſtere non poſſit matrimonium ob non legitimam ætatẽ ex defectu conſenſus, tñ toleratur pro bono pacis. Et hæc cã rõna‑bilis iudicatur ad diſpenſationem, pro quo & tex. in c. His q̃ in uerbo ꝑ bono pacis de maior. & obediẽ. c. ii. de arbit. c. ii. de mut. pet. c. cãm quæ de teſtibus. c. querelam de ſimon. c. fi. de tranſac. tex. in c. hæc quippe. iii. q. vi. in quibus iuribus rõ pacis inducen‑dæ relaxationẽ iuris operatur, ſicut & rõne euitandi ſcandali iu‑ris ꝑcepta relaxantur c. ut conſtitueretur l. diſ. c. iam nũc. xxviii. q. i. c. ſi forte. lxxxiii. diſ. c. neceſſaria. i. q. vii. c. officii. de elec. c. niſi cũ pridem §. pro graui de renunc. c. ſane. ubi bona glo. de temp. ordin. latores de cler. excom. ad no. in c. qui ſcandalizauerunt. de reg. iur. & in c. cũ ex iniũcto de no. oper. nunc. c. cũ teneamur de preben. c. quod dilecto de conſang. & affinit. c. fi. de regul. l. q̃ cedẽ ad l. Corn. de ſic. & l. Si quis filio §. hii aũt oẽs ff. de iniuſt. teſt. Omittendo cumulata per Fely. in c. nihil de præſcrip.

EST & bonus tex. in c. quia circa de conſang. & affinit. ubi ꝑ bono pacis & ad obuiandum ſcandalis toleratur matrimonium in gra du prohibito præſertim ratione ſuſceptæ ſobolis & temporis diu turni ad l. qui in prouincia §. diuus Marcus ff. de ritu nupt.

NEC illud ob. q̃ ſcandali nulla ſit habenda ratio, ubi agitur de pe riculo animarũ, & ubi peccati eſt timor. Ad illud Math. xv. ubi cum dño dixiſſent apoſtoli, ſcis quia fariſei ſcandalizati ſunt, re‑

pōdit finite cœci ſunt & duces cœcorum c.inter uerba.xi.q. iii.c. cum homo.xxiii.q.v.& c.i.xiiii.diſ.hinc tex.in c.Lotharius.xxxi. q.i.ꝗ nec occiſores corporis ſunt timendi contra iuſtitiam ho/mines impellētes,& potius omnia mala tolerare debemus q̄ ma lo conſentire c.ſacris de his quæ met.cā.c.ita ne.xxxii.q.v.

NAM ſm Car.in Cle.ꝑ.ubi & Imol.de immun.eccleſ.ex mente Thom.ii.ii.q.xliii.& omnia conſiderat bonus tex.in c.ii.de no. oper.nunc.Ad obuiandum ſcandalis omnia toleranda ſunt quæ abſq; peccato mortali commicti poſſunt. At ut ſupra plene de/moſtratum eſt in caſu noſtro nullum uerſatur peccatum.cū per diſpenſationem reducatur ad principia iuris naturalis,ſecūdum quod nullum eſt peccatum,nec prohibitio,nec eſt ex ſe malum. Ergo ceſſet oppoſitio.Cæterum peccatum non poteſt conſidera ri niſi reſpectu Pontificis diſpenſantis,qui motus honeſta & ne/ceſſaria cauſa inducendæ,& cōſeruandæ pacis inter reges diſpen ſauit.Sed quis redarguet pōtificem de peccato,cum ſoli deo eius innocentia uel culpa ſit reſeruata,ut dicit tex.in c.aliorum ix.q. iii.innoc.in c.dudū el.ii.de elec.in c.ueniens de fil.presbit.

Tria.n.ſunt quæ legitima iudicantur ad mouendam Pontificis men tem ad diſpenſationem ſm fede. de ſen.in conſ.ccvi. neceſſitas utilitas & pterogatiua perſonarum ad c.tali i.q.vii.& .c. de mul ta de preben.ad c.licet canon & c.innotuit de elec.Quæ cauſæ cum mouerint Iulium.ii. Pontificem maximum ad diſpenſan/dū.Et conſeruatio pacis inter reges potentiſſimos ob quod ſcan dalis obuiatur,& auctoritas regia ex quibus utilitas eccleſiæ pro tendebatur. Quis inficiabitur & cauſas fuiſſe iuſtiſſimas & Iu/lium legitime ex dictis cauſis diſpenſaſſe.

Nec id ob.ꝗ ratio pacis non erat habenda inter reges, inter quos nullum unq̄ fuerat bellum.Nec ratio ſcandali,cum nullum im mineret ad l.cum hi §.ſed cū lis & l.quicum tutoribus de tran ſac.ſatis n.eſt timor futuri ſcandali,ut in d.c.ubi non eſt,ad ſin gulare dictum innoc.in c.cū oēs de conſt.Panor.in c. quia circa de ꝯſag.& aff.& plene per Fely.in d.c.nihil de ꝑſcrip.& ſi dictarū cauſarum ultra Pontficis aſſertiones facillima foret probatio.

ET ex his de facili reſoluitur Tertia queſtio ꝙ matrimonium con tractum uirtute & ſub clipeo dictæ diſpenſationis ſit inſeparabi le & indiſſolubile.

AVT.n.dicimus prout conſtantiſſime aſſeueramus non eſſe iure di uino prohibitum, ſed ſolū prohibitionē eſſe de iure poſitiuo ꝙ frater relictam fratris abſq; liberis poſſit matrimonio copulare, ut firmauimus in prima concluſione. Et tunc quis dubitabit Ro manum pontificem poſſe in his quæ ſunt iuris poſitiui libere di ſpenſare, & matrimonium fore legitimum & inſeparabile ad no. in c.propoſuit in c.cum ad monaſterium in c. quæ in eccleſiarū nec fore in dicto caſu de cauſis diſſerendum, cum ſola uoluntas ſit pro cauſa.

AVT dicimus prohibitionem eſſe de iure diuino, ſed non preci ſam, ſed in qua poſſit Papa ex legitima cauſa diſpenſare, & cau ſas diſpenſatiõis fuiſſe legitimas, ut oĩa ſupra plene probauimus, & nemo dubitabit matrimonium fuiſſe legitimū. Et ſic inſepa rabile & in diſſolubile. Aut dicimus caſum fore dubium, quod nullus etiam duriſſimi capitis inficiabitur ex ſupra allegatis. Et tūnc ſuccedet illud quod notabiliter uoluit Bellam. in ſuo diui no conſ.xxviii.in caſu etiam grauiori, quando Matrimonium fo ret contractum cum relicta fratris qui duobus ſuperſtitibus libe ris deceſſerat, ꝙ licet ante conſumatum matrimonium Papæ re quirenti conſiliū ſuper concedenda diſpenſatione poſſet ꝓbabi liter reſponderi ꝙ abſtineret, ne auctoritas ſedis apoſtolicæ indu biam hanc diſputationem deduceretur. Tamen poſt conſumatum matrimonium, nullam prorſus eſſe dubitationē ꝙ ſi papa diſpen ſauit, & uirtute & ſub clipeo diſpenſationis matrimonium fuit conſumatum ꝙ ualida & efficax fuit diſpenſatio, & matrimoniū fuit legitimum, & ſic indiſſolubile, nec papa, nec eius ſucceſſor poteſt illud ſeparare. Ex quo.n.punctum eſt dubium, ad Roma num Pontificem pertinet declaratio & interpretatio c. nec li

ad rem mobilem de procur.illud de acquir.hered.l.idem Vlpianus ff.de excus. tut.Et ante Iulium,Alexander & alii Romani Pontifices diſpenſando hoc uidentur declaraſſe. Opinionem Bellam.firmat beatus Antoninus in ſua ſumma iii. Par.c.xi. dū refert Martinum quintum diſpenſaſſe in matrimonio contracto inter fratrem & ſororem,ſolum ratione ſcandali quod poterat exoriri ex diuortio,& hoc ex conſilio Theologorū & canoniſtarum quos dicit fuiſſe dubios ante factum.Poſt conſumatum uero matrimonium dicit eſſe indiſſolubile & remittēdum iudicio dei,cum inſtar ſacrilegii ſit diſputare de auctoritate ſedis Apoſtolicæ c.ſi quis de pœnit.diſ.vii.c.committitur xvii.q.iiii. Et hoc propter Rom̄.eccleſiæ primatū xp̄i munere btō Petro collatū.

QVOD eo fortius in cauſa noſtra aſſerendū eſt. Quis n.non uidet urgentiſſimam cauſam quæ ad p̄ns imminet & conſeruandæ pacis inter potentiſſimos reges,& manifeſtiſſima ſcādala,quæ ex tali ſeparatione imminerent,quæ non ſolum mouere poſſent & deberent Rom.pontificem ad matrimoniū conſeruandū.Sed ad nouam diſpenſationē concedendā,ſi foret neceſſarium.Attenta maxime & longinquitate temporis.Et prolis ſuſceptione,& perſonarū qualitate & grauitate ut cōſiderat tex.in d.l.qui in prouincia §.diuus Marcus ff.de rit.nupt.& in d.c.de gradibus.

EX Quibus oībus firmetur uera & indubitata concluſio q̄ Iulius ſecundus Pontifex Maximus potuit ex cauſis in lr̄is expreſſis diſpenſare in ſponſalibus,& matrimonio cōtractis inter Illuſtriſ. & Sereniſ.Henricum Angliæ regem,& inter Illuſtriſ.Catherinā reginam Ferdinandi Catholici & Eliſabeth Hiſpaniarum regū filiam,relictam quondam Illuſtriſ.& Sereniſ.Arcturi fratris germani dicti Henrici,qui abſq; ſobole deceſſerat. Et q̄ matrimonium contractum & conſumatum uirtute dictæ diſpenſationis fuit & eſt legitimum,indiſſolubile,& inſeparabile.

ET Ita iuris eſſe arbitror ego Bernardus Sanctius Reatinus I.V. Doc. Aduocatus conciſtorialis & regius conſiliarius, ſalua tamen auctoritate ſedis apoſtolicæ, & ſaniori conſilio, & ad fidem propria manu ſubſcripſi & ſolito ſigillo ſignaui.

LOCVS SIGILLI.

AEquiſſimam & iuri conſonam puto concluſionem ſupra firmatã per Eximium iuriſconſultum D. Bernardum Sanctium regium conſiliarium, & aduocatum conciſtorialem conſulenté pro Illuſ. Angliæ regina, & in eandem ſententiam ét iudicaturus accederé Ego Ioannes Sunyer I.V. Doc. ac Cæſareę Maeſ. uicecãcellari⁹.

Eiuſdé uoti & ſententię ſum ego Hyeronimus de Colle V.I. Doc. regius collateralis conſiliarius, ac regiam cancellariam regens. Et ideo manu propria ſubſcripſi.

Ad allegata per eruditiſſimum & grauiſſimum uirum D. Bernardũ de ſanctis regium conſiliarium & conſiſtorialem aduocatum dignißimum accedo. Tum propter eius ſublime ingenium ſingularemq; doctrinam, tum etiam ꝙ in eandem ambo incidimus ſententiam pro Sereniſſima D. regina Britaniæ, ut ex meis allegationibus perſpici poterit. Et ideo ſubſcripſi. Ego Sigiſmundus de Lofredo V.I. Doc. regens cancellariam & regius collateralis conſiliarius Cæſar. Maeſ.

Eandem concluſionem, ut iuſtiſſimam ſequor una cum aliis regiis conſiliariis, ego Ciccus Lofredus præſidens ſacri regii conſilii & regius collateralis conſiliarius Cæſar. Maeſ. Et ideo manu propria ſubſcripſi.

Viſis & conſideratis ſupraſcriptis allegationibus, idem in oībus teneo, & concludendum eſſe firmiter cenſeo, ego Hyeronimus de Franciſco Siculus I.V. Doc. maior Cameræ ſummariæ regni Sici

riſſime omnia deduxit q̀ ſuppletione non egent.

Eandem concluſionem quam Magnificus dñs Bernardus ſanctius collega noſter non minus eleganter q̃ uere affirmat pro Sereniſſima regina angliæ de iure tenendam ſequendamq; affirmamus & conſulimus& in occurrenti caſu pro ea iudicaremus, nos infraſcripti præſidens &regii conſiliarii, noſtriſq; ſubſcriptionibus & ſigillis firmauimus.

Idem Ciccus Lofredus ſacri regii conſilii in regno Neapolitano præſidens & regius conſiliarius

IOannes martialis V.I.Doc.regius conſiliarius.

Antonius Capicius V.I.Doc.regius conſiliarius.

Nicolaus Maiorana V.I.Doc.regius conſiliarius.

Bernardinus Galeota V.I.Doc.regius conſiliarius.

Iacobus de quadra V.I.Doc.regius conſiliarius.

Idem uidetur concludendũ famoſiſſimis iuriſconſultis almi collegii ciuitatis Neapolitanæ, quod & elegantiſſime & pro ueritate pro Sereniſſima regina Angliæ conſultum eſt per Magnificũ D. Bernardum de ſanctis regium conſiliarium & aduocatum conciſtorialem, confirmatumq; p tot Excellentiſſimos uiros & regios conſiliarios, & ad fidem propria manu ſubſcripſere, & ſolito collegii ſigillo muniri mandauere.

Ioannes martialis V.I.Doc.& regius conſiliarius, ac regni uicecancellarii locum tenens.

Idem ego Vincentius Piconius Neap.V.I.Doc. almi collegii ad præſens prior manu propria.

In eandem ſententiam concurro ego Bartholomeus martialis V.I.Doc.collegii manu propria.

Locupletiſſimis allegatōib' clariſſimi iuriſcõſulti D.Bernardi ſanctii regii conſiliarii & conſiſtorialis aduocati tot ill. uirorum &

maiorum meorum auctoritate ſuffultis firmiſſime inhæreo pro mea qualicunq; in canonica & ciuili cenſura, quam ultra quatraginta ſex annos profeſſus ſum ego Nicolaus maria maticonda V.I.Doc. Et ideo manu propria ſubſcripſi.

Idem ſentio ego Leo Follerius V.I.Doc.& collegii.

In eãdem ſententiam concurro ego Ioannes Franciſcus Brancia V.I.Doc.& aduocatus Neap.

Idem iuris eſſe dico ego Nardus antonius de palmeriis V.I.Doc. unus de collegio.

Simon de Puteo V.I.Doc.& de collegio.

Quia aliter de iure dici non poteſt cõcurro in eãdem ſententiã ego Pyrrus antonius guardia V.I.Doc.almi collegii neap.

Eiuſdẽ ſentẽtiæ ſum ego Iacobus Bottia I.V.Doc.& collegii neap.

In eãdem ſententiam concurro ego Marius Saxus I.V.Doc.& un9 ex collegio & aduocatus neap.

Libentiſſimæ adhæreo huic ſententię ut iuſtiſſimæ, ego Gaſpar de Leo V.I.Doc.ordinariam iuris ciuilis de ſero in gimnaſio neapolitano & nunc de mane in Salernitano regens.

Idem ego Galeatius ſanctoſeuerinas V.I.Doc.& aduoca.neap.

Cum ita accurate & eleganter per D.conſulentem omnibus ſit ſatisfactum, concurro in eãdem ſententiam ego Ioannes angelus Piſanellus V.I.Doc.aduocatus neapol.

Idem ego HyeronimusSeuerinus V.I.Doc.& aduocatus neap.

Idẽ ego Gentilis de albertinis de Nola V.I.Doc.& aduoc. neap.

Idem ego Petrus Sarrianus V.I.Doc.aduocatus neap.

Quoniam concluſio ſupra firmata per eximium iureconſultum D. Bernardum ſanctium iuris diuini ac humani ueritati cōgruit, & tam eleganter & clariſſime probata eſt,ut nihil ad ipſam di/lucidādā addi oporteat. Iccirco in eandē ſententiā uti ueriſſimā concurrens me ſubſcripſi ego Ioannes Thomas de minadois V. I.Doc.neap.ordinariam iuris canonici legens in hoc almo Par/thenopeo gimnaſio.

Eidem ſententiæ inhereo ego Carolus de Palma V.I.D.almi col/legii neapolitani manu propria.

Ego Antonius Serianus neapolitanus publicus Imperiali auctori/tate notarius,& nunc notarius famoſiſſimorum Doc. uenerandi & almi collegii ciuitatis Neapolitanæ ſupraſcriptā confirmatio/nem & approbationē ab ipſo almo collegio,ac ab excellētiſſimis dñis doctoribus dicti collegii qui ēt ſe ſubſcripſerunt emanatā & publicatam , & ipſius collegii proprii ſigilli appenſione muni/tam de mandato excellentiſſimi iuriſconſulti & regii conſiliarii D.Io.martialis regni uicecancellarii locūtenentis in publicā for/mam redegi & auctenticā feci,& ideo me ſubſcripſi ſignoq; meo ſolito ſignaui in fidem & teſtimoniū,& robur omnium præmiſ ſorum,ſub anno a natiuitate dñi.M.D.XXX.Nouembris.Re gnantibus &c.

¶ Impreſſum Neapoli,cura & diligentia Io. Sultzbach Alemani Hagenoueñ. Anno a Natiuitate domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo . Die uero.x x. Menſis Nouembris.

A & B ſunt terni.C uero duernus.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE